


BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII

2801

9.625





R O S A E
SALVTIFERAE

In Amenissimo
SANCTISSIMI ROSARII
Beatiss. Virginis MARIAE
Horto plantatae.

AUTHORE

F. ALBERTO MARGONIO POLONO
Sacrae Theologiae Magistro, Ordinis
Prædicatorum.

*Applicatur Bibliotheca Conventus Austriacensis
P. Bernardinus*



NEAPOLI.

Typis Viduae Scorigij. M. DC. XXXIX.

9.623

Veni in hortum meum soror mea
sponsa. Cant. V.



XVII - 2801 - III

NEAPOLI.

Typis Viduae Scorigij. M. DC. XXXIX.




TV OPERVM DE FRVC

TVORVM SATIABI

TVR TERRA

Psal. 103




TVS EIVS DVLCIS

GVTTVRI MEO

Cant. 2

FRVC



S. DOMINI

MEL DIVINI AMORIS


S. ALANS

Flores mei fructus honoris et honestatis
Ecc. 1. 24



Deda suavitatem odoris
Ecc. 1. 24
Quasi platanus ROSA in Hiericho
Ecc. 1. 24

Sint Apibus thyma. sint violæ Rosa sacra placebit.
Nam CÆLO, ET TERRÆ MELLIFICATIS APES.



SANCTISSIMO D. N.
VRBANO VIII.
PONTIFICI
OPTIMO MAXIMO.



Olemne, est tum Sacris,
tum prophanis Authori-
bus, BEATISSIME PA-
TER; carminibus, seu
metris celebrare Diuina.
Ita Moyfes suum Canti-
cum, Iob Sermones, David Psalmos, Salo-
mon Prouerbia, Ieremias Threnos; Ex Pro-
phanis, Amphion, Orpheus, Musæus, & non-
nullæ Sibyllæ Oracula cecinere. Non enim
sine numero, neque sine peculiari orationis
cultu, audebant prodere, aut pronunciare ar-
cana Diuina. Horum exemplo Sacra quin-
decim Redemptionis humanæ mysteria, ex
mystico Deiparæ Virginis Rosa rio deprom-
pta,

pta, in lucem edere curavi. Adstrictam numeris orationem elegi, quò melius suauitatem odoris, & saporis harum Rosarum mentibus legentium imprimerem.

Rosæ sunt, ex quibus tota Ecclesia coronatur. ROSÆ SALVTIFERÆ, Rosæ pulchræ, Rosæ olentes, perinde hyberno, atque æstiuo tempore perennantes, & spiritualementiam cordibus fidelium infundentes.

Has Rosas, cui offerre, ac dedicare deberem; Alexander Magnus, non minùs rerum bellicarum gloria, quàm ingenio clarissimus, fugessit. Rogatus cuiam hereditatem suam relinqueret? respondisse fertur: illi qui optimus esset.

Tu BEATISSIME PATER, omnium Antistitum, & Principum Optimus, & Maximus es, quos Auctoritate, Maiestate, Dignitate, ac sanctitate præcellis. ROSA: florum Princeps, & flos Principum. Tu omnium Patrum Protocorypheus, verus Principis Apostolorum successor, Vniuersarum Ecclesiarum Summus Hierarcha.

Tuo igitur Augustissimo Nomini, cum maxima qua possum animi submissione, has

RO-

ROSAS SALVTIFERAS, Amplissimam
Ordinis Diui Dominici hæreditatem, do, di-
co, offero confecro.

Sanè inter Rosas salutiferas commorari de-
cet Regias Apes BARBERINAS, quarum
mel Vrbanitas est. Hoc mel non syluestres è
floribus apes collegerunt nec rorem conco-
ctum suis aluearibus immiserunt; sed Author
Naturæ & Gratia candido tuo pectore indi-
dit & infudit. Hinc plurimi tuam in agendo
Comitatem, & in loquendo Suauitatem de-
predicant: hic Panegyricis, iste Metris, alius
tabulis, & huiusmodi publicis elogijs cele-
brant. Ego suauitate odoris, & saporis illam
adumbro. Nec mirum ipsum namque No-
men Tuum, suaue, & odoratum est. Inde ve-
lut alter Hercules, eos qui tibi subduntur,
qui te audiunt, mira suauitate ac dulcedine
ad Te trahis, ac Tuo arbitrata moderaris.
Taceat verustas illas apes, quas in ore Plato-
nis, Pindari, Heronis consedisse testata est;
dum melleum eorundem eloquium, & ad-
mirandam facundiam commendare voluit.
Magis indicant suaue loquentiam Tuam.
Gentilitia Apes Tuæ, quæ cellas suas per la-
a 2 bella

bella Tua sibi construxisse videntur : Nam
(vt publica fama loquitur) ex refertissimo
Sapientiæ Tuæ aluuario, nil nisi mella effun-
dis; omnes qui Te conueniunt, comiter &
virbanè tractas: omnibus, sed maximè litera-
tis, officiosum ac beneuolum Te exhibes :
Rosas loqueris, Rosæ Tibi offeruntur, quibus
delectaris. Accedit quod istarum Rosarum
suauis odor, & sapor, Te regnante per totam
Ecclesiam, longè latèque magis, ac magis dif-
funditur Rara iam Ciuitas, rarum oppidum,
pagus, imo vicus est, vbi non resonet Sacra-
tissimi Rosarij nomen. Quam deuotionem
tu amplificas, propagas, tueris, gratiis ac pri-
uilegiis illustras. Quare decuit, Opusculi hu-
ius vestibulum, Augustissimo Sanctitatis ve-
stræ nomine munire, ac totum id quod est,
ad sacros pedes deponere, & statuere; quate-
nus ita munitum, & Apostolica benedictio-
ne fecundatum, pleniores, & vberiores fru-
ctus in mentibus fidelium producat. Ergo
munus exiguum, ex magno affectu obla-
tum, benigno vultu, Sanctitas vestra susci-
piat, Rosas Cœlestes Roseo animo ample-
ctatur, Ordinemque nostrum manus suæ

umbra, & sinus sui custodia tueatur, ac fo-
ueat. Deus Opt. Max. post longam in terris,
æternam in Coelis fælicitatem Sanctitati Ve-
stræ concedere dignetur.

Sanctitatis Vestræ aduolutus pedibus

Ita vouet, & precatur

*Fr. Albertus Margonius Polonus S.Th.M.
Ordinis Prædicatorum.*

... & ...
neat Deus Op...
... in ...
... concedere dignetur.

Saccharis Vestis adolentis pedibus

MIS VOICE; & PLEASANT

Fr. Albertus Magnus Polonus S. J. M. A.
Ordinis Praedicatorum.

EX commissione Reuerendissimi P.N.F.Nicolai Rodulsi, Magistri Generalis totius Ordinis Prædicatorū, vidi præfens opusculum de Mysterijs sacratissimi Rosarij, cuius titulus est, Rosæ Salutiferæ, editum ab A.R.P. Magistro F. Alberto Margonio, Polono, eiusdem Ordinis: & ob synceram doctrinam, & metri elegantiam Patrum sententijs exornatam, dignum iudico vt publici iuris fiat. In Conuentu S. Dominici de Neapoli 3. Feb. 1639.

M. Fr. Dominicus Grauina, Ord. Prædic.

CVm magna animi mei voluptate legi, & reuolui, iussu, & autoritate Reuerendissimi P.N.F.Nicolai Rodulsi, vniuersi Prædicatorum Ordinis Florentissimi Generalis, libellum de Sacrosanctis Mysterijs Sanctissimi Rosarij: cuius inscriptio est, Rosæ salutiferæ, Authore A.R.P. Fr. Alberto Margonio Polono S. Th. Magistro nostri Ordinis: in quo non solum Authoris ingenium admiratus sum, dum pijs carminibus illa exaltat; verum etiam & affectum, & pietatem, & fidem: singula confirmans SS. Patrū testimonijs; ex quibus omnibus non nisi Mel Diuini amoris, Saporis dulcedo, & odoris Suauitas procul diffunditur. Quare dignum centeo ad Virginis gloriam, & animarum salutem, vt typis mandetur. Datum Neapoli in Conuentu Sancti Dominici, Nonis Februarij M. DC. XXXIX.

*F. Paulus Minerua Barenfis Ordinis Præd.
S. Th. Magister.*

Facultas Ordinis.

IVxta approbationem à Patribus subsignatis, concedimus libellum hunc imprimi. Neapoli die 5. Februarij 1639.

F. Nicolaus Magister Ordinis.

commi nono...
 duli Magistri...
 vidi presens...
 vultus huius...
 fo F. Alberto Margonio...
 vnciam doctrinam...
 tis exornata dignum...
 nona S. Dominici de Napoli...

IMPRIMATUR

Alexander Lucianus Vic. Gen.

Vm magna animi mei voluptate legi & recondidi...
 tu & auctoritate Reverendissimi P. N. F. Nicolai Ro...
 datus vincerit Prebitorum Ordinis Florentinam Gene...
 talis libellum de Secretariis de Secretariis...
 tificus in eipio est. Nota latet. Anno A. R. P...
 Fr. Alberto Margonio Polono. Th. Magistro...
 Joan. Vincentius Iuuenis, Cimiliarca, Can. Dep...
 sum. cum pias caritativus illa exaltat verum etiam & af...
 lectum & pietatem & fidem: sagaci confirmans S. Paulu...
 testimonis: ex quibus omnibus nonnulli Mel Dicitur a no...
 ris Saporis dulcedo & odoris suavis precal distendunt...
 Quis dignum carneo ad Virginis gloriam & amantiam...
 latione, ut psumatur Datum Napoli in Consuetu...
 Sancti Dominici Nonis Februarii M. DC. XXXIX.

F. Paulus Minerva Patensis Ordinis Præb...
 S. T. b. Magister.

Facultas Ordinari...
 Vix approbationem à Patribus subignatis concedi...
 mus libellum hunc imprimi. Napoli die 2. Februarii...
 F. Nicolaus Magister Ordinari...

ANNUNCIATIO.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilee, cui
nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam Viro.

Lucæ 1.

MEL DIVINI AMORIS.

Q Vis noua de cælis effudit gaudia terris,
Dum Paranympus AVE dulce sonauit? AMOR.

Quis Patris è gremio Te Fili dulcis in alma
Virginis intactæ viscera misit? AMOR.

Reginam, Matremq; Dei super astra potentem
Ancilla ex humili, nonne creauit? AMOR?

Iustitiam, pacemq; simul, quis ad oscula traxit?
Imaq; cum summis fœdere iunxit? AMOR.

Quis Verbum Aeternum, Immêsum, quo cuncta reguntur
Virginis & Matris corpore cinxit? AMOR.

*Hic liber e' conuentus Aithah nens
pp Bernardi*



A

DVL

DVLCEO SAVORIS.

Aue gratia plena, Dominus tecum . Luc. 1.

S. Ambr. in
Euang. cap. 5.

SANCTUS Ambros. de salutatione Angelica ita docet. *Soli Marię hæc salutatio seruabatur. Bene enim sola gratia plena dicitur, quę sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, ut gratia repletur auctore. Et quę (ut Doctor Angelicus inquit) tantam gratię obtinuit plenitudinem, ut esset propinquissima auctori gratię, ita quod, Deum qui est plenus omni gratia, in se reciperet.* Vnde ait D. Lau.

D. Thomas 3.
p. q. 24. art. 5.
ad 1.

Virgo Maria
Deo propin-
quissima.

D. Laurentius
Iustin. ferm.
de Annuncia-
tione.

Sanc. Fulgen-
tius ferm. de
laudib. Virg.
Marię.

Iustin. Magna profecto fuit Marię gratia exuberans, atque completa, quę celis dedit gloriam, terris præbuit Deum, gaudium præstitit Angelis, sæculo pacem refudit, fidem docuit gentes, vitijsque finē imposuit, &c. S. Fulgētius excellentiā salutationis Angelicę elegāter explicat in hæc verba. Tribus malis se subiugant femine, quę Mariā non sequuntur: dolori, tristitię, & seruituti. Maria autē è contrario quàm præclarissimis tribus bonis sublimetur, ausculta; salutationis Angelicę, benedictionis diuinę, & plenitudinis gratię. Cum dixit Angelus, AVE, salutationem illi celestem exhibuit. cum dixit: gratia plena: ostendit ex integro iram exclusam primę sententię, & plenam benedictionis gratiam restitutam. cum dixit: Benedicta tu in mulieribus: Virginitatis eius benedictum fructum expressit.

Excellentia
Salutationis
Angelicę.

Ex lib. B. Ala-
ni p. 2. cap. 11.
de palterio
B. Marię Virg.

Virgo Deipara, Beato Alano de Rupe, hæc de-
promit ore suauissimo de salutatione Angelica.
Secretum tibi pandam Diuinę Prouidentię. Scias &

securè intelligas , quod & sine mora alijs patefacias :
quod signum probabile est , & propinquum eternæ dam-
nationis, horrere, et attediari, & negligere salutationem
Angelicam, totius mundi reparatiuam. Habentibus ve-
rò deuotionem ad hanc, signum est Ordinationis, & Præ-
destinationis permagnum ad gloriam. Propterea, qui te-
net me in hac salutatione, semper me teneat, donec ad me
in paradysum perueniat. Hæc dulcissima Virgo Ma-
ria. Beatus Alanus lib. de Psalterio Beatæ Mariæ
Virginis, fructus salutationis Angelicæ latè expli-
cat in hæc verba . *Auscultet sancti tui nominis ama-
tor ò Maria. Celum gaudet, omnis terra stupet, cum di-
co, Aue Maria. Sathan fugit, infernus contremiscit, cum
dico, Aue Maria. Mundus vilescit, cor in amore lique-
scit, cum dico Aue Maria . Terror euanescit, caro mar-
cescit, cum dico, Aue Maria. Crescit deuotio, oritur com-
punctio , cum dico, Aue Maria . Spes proficit, augetur
consolatio, cum dico, Aue Maria. Recreatur animus, &
in bono confortatur æger affectus, cum dico, Aue Maria.*
*Siquidē tanta est suauitas huius benedictæ salutationis,
ut humanis non possit explicari verbis, sed semper al-
tior manet, & profundior, quàm omnis creatura inda-
gare sufficiat . Hæc oratio parua verbis, alta mysterijs,
breuis sermone, alta virtute, super mel dulcis, super au-
rum preciosa, ore cordis est iugiter ruminanda, labijsque
puris frequentissimè legenda, ac deuotè repetenda. Nam
verbis paucissimis contexitur, et in latissimum torren-
tem celestis suauitatis diffunditur . Hæc B. Alanus de
Psalterio Virg. c. 70.*

Signum præ-
destinationis
ad gloriam,
deuotio ad
Salutationem
Angelicam.

Fructus Salu-
tationis An-
gelicæ.

Suauitas salu-
tationis Ma-
riæ.

SVAVITAS ODORIS.

Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris . Eccles. 24.

I.

Angelicis Virgo, quæ pandis vocibus aures,
Fœlices vteri, mox quoque pande sinus .

II.

Velle meum FIAT Dominus quod mandat ab alto ,
Ecce Ancilla suo subditur imperio.

III.

Per FIAT Cælum, per FIAT factus & orbis ,
Per FIAT PATRIS, FIAT imago, caro.

IV.

Fœlix vox FIAT maior , qua conditus orbis.
Condidit illa domum, condidit hæc Dominum .

V.

Creditis esse Deum omnia? forsitan omnia non est?
Cur fit HOMO? fit: homo possit vt esse Deus.

VISITATIO.

*Intrauit in Domum Zachariae, & salutauit
Elisabeth. Luc. i.*

MEL DIVINI AMORIS.

ECquis Zachariae, montana per aspera, sedem
Cum Genitrice Deum visere iussit? AMOR:

Elisabeth natum, quis in imo viscere Vatem
Ignibus aethereis irradiauit? AMOR.

Ecce puer saliens, Christum de ventre salutat,
Quò pede non potuit, motibus iuit, AMOR:

Exultant matres, alterna voce prophetant,
Mutua Diuinus pectora pulsant. AMOR:

Virgo Dei Genitrix, dulcissima cantica promit,
Hospite quanta Deo gaudia pandit AMOR?

DVLCEO SAVORIS.

*Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus
ventris tui. Luc. i.*

S. Petr. Chry-
solog. ser. 143

Verè benedicta, inquit Sanctus Chrysologus,
que & Virginitatis possidet decus, & matris
pertulit dignitatem. Verè benedicta, que & Diuini ger-
minis suscepit gloriam, et regina totius extitit castitatis.
Verè benedicta, que fuit maior celo, fortior terra, orbe
latisior. Nam Deum quem mundus non capit, sola capit;
Portauit eum qui portat orbem; genuit genitorem suum.

Doctor Ange-
licus serm. 2.
de Annunc.
B. Mariæ V.

D. Thom. Doctor Angelicus. *Benedicta tu in mu-
lieribus. A DEO PATRE, quia in eodem FILIO
secum communicas. A FILIO, quia dignum habi-
taculum ei preparas. A SPIRITU SANCTO,
cuius operatione Saluatorem mundi generas. Ab An-
gelis, quia eorum vitam in terra inchoas, eorum rui-
nam reparas, eorum te allocutionibus humilias. Bene-
dicta & à peccatoribus, quia eos de angustia liberas, in
periculis adiunas, & de peccatis veniam impetras. Be-
nedicta à iustis, quia eos exaudis in precibus, liberas in
tentationibus, augmentas gratiam in virtutibus. Be-
nedicta ab omnibus creaturis, quia eorum Creatorem
laetas, quia eas à coinquinatione liberas, quia eas in
statum pristinum renouas. Filius enim quem genuisti,
creaturas omnes creauit, eas emundauit, ipsas renoua-
uit. Concludit Doctor Angelicus. Benedicat te
Virgo Beata, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus*

Virgo Maria
benedicta à
Deo, & ab
omnib⁹ crea-
turis.

San.

Sanctus. Benedicant te Angeli, Peccatores, Iusti, & omnes creature.

*Et benedictus fructus ventris tui. Benedictus, inquit Sanctus Bernardus, in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie. Huius odoriferi fructus fragrantiam sentiebat, qui dicebat: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: cui benedixit Dominus. De sapore huius fructus quidam qui gustauerat, taliter eructabat dicens: Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus. Et alibi. Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti timentibus te. Bonus fructus, qui animarum esurientium, & sitientium iustitiam, esca, & potus est. Audi & de specie huius fructus, cuius pulchritudinem in spiritu videbat, & in corpore videre cupiebat, qui dicebat: Ex Syon species decoris eius. Et in alio psalmo. Speciosus forma pre filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternum. Benedictus ergo fructus ventris tui, cui benedixit Deus in eternum. Ex cuius benedictione, benedicta etiam tu in mulieribus. Beata Virgo Maria totam hanc benedictionis abundantiam in Deum humillime refundens, dulciter canit: **MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINUM.** Luc. 1.*

Christus Dominus fructus benedictus in sapore, in odore, in specie. S. Ber. hom. 3. super Missus est. Genes. 27.]

Psal. 33.
Psal. 30.

Psal. 49.
Psal. 44.

SVAVITAS ODORIS.

I.

Foelix illa domus, qua diuersatur IESVS.
Excubat ad tales, paxque, salusque fores.

II.

O domus, ò postes, o limen, ò area: Tantæ
Quæ meruere Sacro Virginis ore frui.

III.

O vtinam Virgo Solymas cum viseris ædes,
Ducat, & in nostros, Te bonus error agros.

IV.

Cuncta mihi sine Te frigent solatia IESV.
Vel maneat GENITRIX ergo, vel ipse mane.

V.

Quisquis es, in proprias IESVM qui suscipis ædes,
Tam bona constanter præda tenenda tibi est.

NATIVITAS CHRISTI DOMINI

*Peperit Filium suum Primogenitum, & pannis eum inuoluit,
& reclinauit eum in praesepio. Luc. 2.*

MEL DIVINI AMORIS.

Quis Dominum caeli, stabulum depressit in arctum?
Iumentisq; Deum consociauit? AMOR.

Quis cum muneribus vocat ad cunabula Reges?
Pastoresq; nouis cantibus exciit? AMOR.

Audio vagitum Pueri. Mellite Puella
Ne plora: lachrymas, sed pius auget AMOR.

Lac praebet modicum, per quem non esurit ales,
Tegmen & infanti vile ministrat AMOR.

Quomodo currentem caelo praesepe Gigantem
Exiguum potuit claudere? clausit AMOR.

DVLCEDO SAPORIS.

Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis.

Isa. 9.

S. Ambros. in
Euangel. Luc.
cap. 2.

* Alij legūt in
altaribus.

2. Cor. c. 8.

Paupertas
Christi, nostrū
patrimonium
est.

Isai. 1.

Cur panis An-
gelorum in
præsepio reclī
natur.

SANCTUS Ambrosius. Ille igitur paruulus fuit, ut tu vir possis esse perfectus. Ille inuolutus pannis, ut tu mortis laqueis sis absolutus. Ille in præsepibus, ut tu in alitibus.* Ille in terris, ut tu in celis. Ille locum in diuersorio non habebat, ut tu plures haberes mansiones in caelestibus. Qui cum diues esset, propter vos pauper factus est, ut illius inopia ditaremini. Meum ergo paupertas illius patrimonium est, & infirmitas Domini, mea est virtus. Maluit sibi egere, ut omnibus abundaret. Me illius infantia vagientis abluunt fletus: mea lachryma illa delicta lauerunt. Idem subdit S. Quod in pannis est vides, quod in celis est non vides? Infantis audis vagitus, non audis bouis Dominum cognoscentis mugitus? Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Tu homo, ait Sanctus Chrysologus serm. 141. si non mox cum Angelis, agnosce vel tardissime cum iumentis. Venerabilis Beda in Luc. lib. 1. cap. 2. Qui totum mundum vario vestit ornatu, pannis vilibus inuoluitur, ut nos stolam primam recipere valeamus. Per quem omnia facta sunt, manus, pedesque cunis adstringuntur, ut nostræ manus ad bonum exercere, nostri sint pedes in viam pacis directi. Cui celum sedes est, duri præsepis angustia continetur, ut nos per

caelestis Regni gaudia dilatat. Qui panis est Angelo-
 rum, in praesepio reclinatur, ut nos quasi sancta ani-
 malia, carnis suae frumento reficiat. Hæc ille. Ecce
 paruulus natus non parua attulit bona, sed par-
 uulis. Præclare S. Bernardus. Magnificetur à nobis
 paruulis Magnus Dominus, quos ut faceret magnos,
 factus est paruulus. Paruulus ait, natus est nobis. No-
 bis inquam non sibi, qui utique ante tempora multò
 nobilius natus ex Patre, nasci temporaliter non in-
 digebat ex Matre. Non Angelis quoque, qui cum
 Magnum haberent, Paruulum non requirebant. No-
 bis ergo natus, nobis & datus: quia nobis necessarius.
 Iam utamur nostro in nostram utilitatem. De Sal-
 uatore salutem operemur. Ecce paruulus in medio sta-
 tuitur. O Paruulus paruulis desideratus! Studeamus
 effici sicut paruulus iste. Discamus ab ipso, quia mitis
 est, & humilis corde, ne Magnus videlicet Deus sine
 causa factus sit homo paruus. Discamus eius humi-
 litatem, imitemur mansuetudinem, amplecta-
 mur dilectionem, ipsum offeramus propitia-
 tionem pro peccatis nostris: quoniam
 ad hoc ipse natus & datus est
 nobis. Hæc mellifluus
 Doctor.

S. Bern. hom. 3
 super Missus
 est.

Christus fa-
 ctus paruulus,
 ut homines fa-
 ceret magnos

De Saluatore
 salus operada.

Paruulus par-
 uulis deside-
 ratus.

SVAVITAS ODORIS.

Cum Deus est natus, meus est, mihi regnet & in me,
Solutus non alius, non nisi quæro meum.

II.

✕ Vel semel ut genitum possim comprehendere IESVM;
Quam cuperem centum brachia, mille manus!

III.

Quin semel ut figam Diuinis oscula plantis;
Mille quis ora mihi det, toridemque labra?

IV.

Peruigil hoc stabulo nil à te Parue requiro,
Tantum rupe sub hac, da mihi posse mori.

V.


Nix & Amor, pulchris exercent prælia rixis,
Frigore nix: flamma sed magis ignis Amor.

Doctor.

ROSA. IV.
flores fructus parturiunt.
Cant. 7.



fructificavi suavitate odoris. Eccl. 24.



O B L A T I O
IN TEMPLO SALOMONIS.

Tulerunt eum in Hierusalem, ut sifterent eum Domino.

Lucæ 2

MEL DIVINI AMORIS.

Quis tulit infantem sacras Salomonis ad ædes?
Lassavitque via debile pectus? AMOR.

Vix agis octauam lucem Puer: ecce recidi
Ad morem legis membrula, suavit AMOR.

Quisnam purpureos educere sanguinis imbres
Audebat teneris artibus? audet AMOR.

Quis te pura Dei Patris hostia sistit ad aram
Ut redimas nostræ crimina gentis? AMOR.

Quis pandit mundo læti Simeonis in vlnis
Verum de vero Lumine Lumen? AMOR.

Obtulerunt pro eo, Domino par turturum, aut duos pullos columbarum. Eccl. S. Romana.

Doct̃or Angelicus 3.p.q. 37. a. 4.

Humilitas Christi & Matris eius.

S. Ambros.

D. Bern. ser. 3.

Sicut Christus non egebat circumcissione, ita nec Mater eius purificatione.

D. Bonavent.

Sanctus Thomas Doctor Angelicus de Purificatione Virg. Mariæ sic ait. *Sicut plenitudo gratiæ à Christo derivatur in matrem: ita decuit ut Mater humilitati Filij conformaretur. Humilibus enim Deus dat gratiam. Et ideo Christus licet non esset legi obnoxius, voluit legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis, & obedientiæ exemplum. Et ut approbaret legem, & ut calumniæ occasionem Iudeis tolleret: propter eandem rationem voluit & Matrem suam implere legis caremonias, quibus tamen non erat obnoxia. Nec mirũ, inquit S. Ambr. conc. de Purif. si mater observat legem, quam eius Filius nõ venerat soluere, sed adimplere. Audiamus hic mellifluũ D. Bern. de Purif. Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit: nihil illicitum: nihil purgandum, nimirum cum proles ista fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictarum. Verè ò Beata Virgo, venè non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid Filio tuo opus erat circumcissione? Esto inter mulieres tanquam una earum, nam & Filius tuus sic est in numero puerorum. Obtulerunt pro eo, Domino par turturum, aut duos pullos columbarum D. Bonau. in medit. vitæ Christi capit. 11. considerans inauditam profundissimam Dei, & Matris eius hu-*

militarem, exclamat. *O Deus, qualis est oblatio ista:
 nunquam à seculo talis facta fuit, nec fiet. Redimitur
 Dominus omnium tanquam seruus, quinque siclis mo-
 re aliorum. Quibus à Ioseph Sacerdoti solutis, mater
 letanter recepit Filium. Accepit etiã de manu Ioseph
 duas predictas aues, id est (duos pullos columba-
 rum) ut eas offerat, & genu flectens, & tenens eas in
 manu sua, eleuatis oculis, & in celum porrectis, eas
 obtulit dicens. Accipite Clementissime Pater hanc obla-
 tionem & munusculum, & primum donum, quod par-
 uulus vester vobis hodie de sua paupertate presentat.
 Sed & Puer Iesus manus suas ad aues porrigens,
 oculos ad celum leuauit, & nondum loquens, gestibus
 una cum Matre offerebat, & posuerunt eas super al-
 tare. Vidisti quales sunt oblatores isti, Mater & Fi-
 lius? Numquid potuit talis hostia quamuis parua repu-
 diari? Absit: sed potius per manus Angelorum fuit in
 suprema Curia presentata, et valde acceptata; ita quod
 tota Curia iubilans exultauit. Hæc ille. Nos verò
 velut oves pascuæ Domini in arca cordis, igne
 charitatis affati, nosmetipsos offeramus hostiam
 viuentem, sanctam, Deo placentem. Et sic
 veniet ad templum animæ nostræ
 Dominator Dominus. Quis
 veniet? Christus. Quam
 bonus hospes
 erit.*

Christus par-
 uulus primum
 donum Deo
 Patri in tem-
 plo presentat.

Colof. 2.

SVAVITAS ODORIS.

I.

x **H**ostia sim IESV viuens Tibi: ferre labores
Da, lucem cordi, Te sine fine frui.

II.

x **S**anguinolente Puer, iam fundis sanguinis imbres:
Cessa; absque his guttis, post erit Oceanus.

III.

x **A**ra, Dei Genitrix; Simeon est ipse, Sacerdos; x
Hostia quæ? Puer est. Omnia digna Deo.

IV.

Seu turtur redimit Christum, seu sola columba;
Ambarum volucrum, nomen & omen habet.

V.

Non vidi Simeon cantantem in funere cygnum
Te præter, senio qui moriture canis.

ROSA.V.

quo abiit dilectus tuus o pulcherrima, et quærem eum tecum

Cant. 5.



Paululum cum pertransissem inueni quæ diligit anima mea

Cant. 3.

ROSA V.

THE STATE OF TEXAS

1845

AMERICAN



THE STATE OF TEXAS

INVENTIO IN TEMPLO.

Inuenerunt illum in templo sedentem in medio Docto rum.

LUC. 2.

MEL DIVINI AMORIS.

CUr Matrem Fili, comitesque relinquis amicos?

Prima mei Patris iussa facelsit AMOR.

Virginis en sponfus Natum cum Matre requirit:

Ac meus in Templo munia præstat AMOR.

Non Puer horriferos trepidas toruo ore Magistros,

Hosilesque breui? Non trepidabit AMOR.

Sed iam cum sponso fœlix lætare MARIA.

Nam tuus inuenit, quem sitiebat AMOR.

Iam Matrem, iam cognatos, tristemque Iosephum

Inuentæ sobolis lætificauit AMOR.

Quærite Dominum dum inueniri potest. 11. 50.

S. Bernardus.

Christus dulcis se querentibus, sed dulcior inuenientibus se.

Psal. 104

Pf. 68.

Pf. 21.

Psal. 23.

D. Bern. ferm. 24. in Cant. Quomodo sit querendus Deus.

S. Bonauent.

Quam amarum perdere Christum.

Sanctus Bernardus serm. de triplici cohærentia vinculorum, &c. *Bonus es Domine anima querenti te. Si querenti: quanto magis inuenienti? Si tam dulcis est memoria: qualis erit præsentia? Si mel & lac dulce est sub lingua: quid erit supra linguam? Latetur cor querentium Dominum. Et infra. Quærite Dominum & confirmamini: querite faciem eius semper. Quærite Dominum & uiuet anima uestra. Et anima mea (inquit) illi uiuet, quæ mundo mortua est. Quæ enim mundo uiuit, non illi uiuit. Sic ergo queramus eum, ut & semper queramus, & cum uenerit querere nos, dicatur de nobis. Hæc est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei. Iacob. Sicque aperiantur portæ æternales, & introeat Rex gloriæ, & nos cum illo. Idem Sanctus. Si nolumus frustra querere, queramus ueraciter, queramus frequenter, queramus perseveranter: facilius est enim cælum & terram transire, quàm ut sic querens non inueniat: sic petens non accipiat: sic postulans non aperiat. Lugubris Dei paræ Virginis ob amissum filium oratio. Ex S. Bonauentura in medit. uitæ Christi cap. 14. O Deus & Pater æterne, clementissime & benignissime: Tibi placuit mihi dare Filium tuum: sed ecce perdididi eum, & nescio ubi sit. Redde mihi eum o Pater: tolle amaritudinem istam, & ostende mihi Filium meum.*

meum. Sed & ad IESVM se conuertens, dicebas.
O Fili dilectissime ubi es? quid est de te? apud quem
hospitaris? Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meri-
die? Vbi requiescas in nocte? doce me quomodo veniam
ad te? Vel tu redi ad me. Ostende mihi faciem tuam, &
salua ero. Sonet vox tua in auribus meis. Hæc Diu.
Bonauentura. Sed cum paululum pertransissem eos,
inueni quem diligit anima mea. Inueni eum, nec dimit-
tam. Hoc sentitis o amici in vobismetipsis. (B. Virg.
Maria alloquitur seruos suos) quicumque diligitis
Dominum Deum, ex toto corde, ex tota mente, & ex
tota anima; hoc inquam sentitis vos amici, vos filij
Hierusalem, quia magnum est in ista dilectione desi-
derium: quanto vicinior iste dilectus habetur, tanto ve-
hementius desideratur. Qui habent, habere desiderant:
qui vident, videre desiderant. Nam Angeli vi-
dent, & tamen, scriptura teste, desiderant in eum
prospicere. Ego autem non vicumque habui,
aut vidi eum, sed in utero gestavi, &
genui eum, & ei Mater lac præbui,
& diligenter contemplata
sum hæc Rupert.
circa finem.

Rupert. in
Cant. lib. 2.

SVAVITAS ODORIS.

L Veri stulta tames, auri ne quere fodinas,
In Templo IESVM quærito, Diues eris.

Hoc opus, hic labor est, hoc robur & vnica virtus;
Iugiter inuentum, posse tenere Deum.

Inuento gaudere Deo, quam dulce sit istud
Qui nisi gustauit, dicere nemo potest.

Dum Christum Genitrix, & Amor dum quærit Amorem
Inuenit. Amhorum dic mihi læticiam?

Ne pereat Tuus ò IESV de pectore nostro,
Nostri Amor ex nostro pectore fac pereat.

X SECUNDA PARTE SANCTISSIMI ROSARI DOLOROSA

ROSA I.

Quasi ROSA plantata super riuos aquarum
Ecc. 39.



IESVS.

Aue Maria

fructus ventriculus

Grata plena

benedictus

Domitius fecit

mulieribus et

benedictus in

Dilectus meus descendit in hortum suum, ut pascatur in hortis.

Cant. 5.

ORATIO IN HORTO.

*Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius,
sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22.*

MEL DIVINI AMORIS.

Sanguineo Deus heu pro me sudore rubescit :
Quid prius hunc membris trudit? an horror? AMOR.

Horror, Amorque tuum pulsat cor: nam mala Christe
Nostra paues: nostri sed tamen ardet AMOR.

Angelus è cælis Tibi dat solamen in horto ,
Non dabit humanus dulce leuamen AMOR?

O felix hortus, Christus quem purpurat imbre.
Colligat inde rosas, fertaque nectat AMOR.

Talia ferta mihi mortis donentur in hora,
Sudorisque Sacri guttula. Donat AMOR.

Tristis est anima mea usque ad mortem.

Matth. 26.

S. Ansel. c. 7.

Gausa sudoris
sanguinei.

Matth. 26.

Promptitudo
Christi ad
mortem.

Super hæc verba Diuus Anselmus de passione Domini ait. *Dominator Domine Iesu Christe, unde anime tue hæc tam vehemens tristitia? unde tāta sudoris anxietas, & tam anxia supplicatio? Nonne voluntarium omninò Patri sacrificium obtulisti, & nihil inuitus pertulisti? Utiqùè Domine. Arbitramur autem, quòd & hoc quoquè ad consolationem infirmorum membrorum tuorum assumpsisti: ne fortè desperet quis, si caro infirma remurmuret, ubi ad passionem promptus est spiritus. Nimirum ut & maioris erga Te amoris, & gratitudinis stimulos haboremus; naturalem carnis infirmitatem huiusmodi indicijs in Te expressisti: quibus doceremur, quia verè languores nostros ipse portasti, & non absque sensu doloris passionum sentes percurristi. Vox enim illa, vox carnis fuisse videtur, non spiritus; ex eo, quòd subiunxisti. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Quàm promptus enim fuerit spiritus tuus ò Bone Iesu ad passionem, euidenter ostendisti, quando venientibus unà cum proditore tuo. viris sanguinum, querentibus animam tuā, cum laternis, facibus, & armis, per noctem ultrò occurristi, & signo dato quòd acceperant à duce flagitij, te ipsum manifestasti. Nam. accæentem ad osculum sanctissimi oris tui, cruentam, bestiam auersa-*

tus non es, sed os, in quo dolus inuentus non est, ori
quod abundauit malitia, dulciter applicuisti. Idem
Sanctus de sudore Christi languineo sic ait. An-
gustias cordis tui certissime indicabat sudor ille sangui-
neus, qui orationis tempore de sanctissima carne tua
guttatim decurrebat in terram. Hæc ille. Attenda-
mus & hic Venerabili Bedæ, serm. de pass. Chri-
stum sic alloquenti. O dulcissime Domine IESV,
quanta fuit passionis tue acerbitas iam exhibitæ: cuius
adhuc absentis distincta apprehensio, ita naturam ter-
rendo concusserat, ut sudare sanguinem cogeretur. As-
sistat hic deuota anima, & passionis colligat fascicu-
los, in quos ne pereant, preciosas guttas suscipiat, &
rubicundum dilecti sui corpus fletu abluat, &
gratiarum actione tergat. Hæc ille. Quid
ergo stas o anima, inquit Sanctus An-
selm. Accurre, & suauissimas illas
guttas lambe. Noli dormire cum
Petro, ne merearis audire:

Vener. Beda.

S. Ansel. ibid.

Sic? non potuisti una
hora vigilare.

Matt. 26.

mecum?

Da menti IESV, modicam de corpore curam
Lambere. Nec dubito: Totus es in me intus

SVAVITAS ODORIS!

Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Eccles. 24.

I.

Hinc Amor, inde dolor pugnat: sed Amore triumphas
Christe. rogo vt timeat Te, magis at cor amet.

II.

Hortus opum diues, Cælestes halat odores.

Quid mirum? Christi sanguinis imbre mader.

III.

Dum prece Christe seris, terram dum sanguine nutris,

Quàm sælix tali semine messis erit?

IV.

Crescite iam steriles, arentes crescite flores.

Qui vestros grauidet, decidit imber agros.

V.

Da menti IESV, modicam de corpore guttam

Lambere. Nec dubito: Totus es ipse meus.

ROSA II.
Flos libani elāquit
Nahum.1.



Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi.

Cant. I

PLATE II
The
T




PLATE III
The
T

FLAGELLATIO.

Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Ioan. 19.

MEL DIVINI AMORIS.

COr tremit; in fontis cur Agni membra cruentant
Virgarum nexus, flagraquè? flagrat AMOR.

Aspice manantes per hiantia vulnera riuos.
Vulnera, quæ Christi carne recepit AMOR.

Siccine nostra Tuo commissa cruore piantur?
Plus faciet, quando morte piabit AMOR.

Fons fluat ex oculis, & inundans sanguine corpus
Abluat: ast cordis fonte lauabit AMOR.

O AMOR, vnde dabis tanto pro munere munus?
Suadeo sit tanti munus amoris AMOR.

DVLCEO SAVORIS.

*Aplanta pedis usque ad verticem non est in eo
sanitas. Isa. 1.*

D. Bonau. in
medit. c. 76.

D. August. ait. *Fusus est sanguis medici, et factū est
medicamentū phrenetici.* D. Bonau. in medit.
vitæ Christi, plagas Agni deflens innocentissimi,
talìa refert. *Spoliatur Dominus, & ad Columnam li-
gatur, & diuersimodè flagellatur. Stat nudus coram
omnibus iuuenis elegans, & verecundus. Speciosus for-
ma præ filiis hominum, suscipit spurcissimorum flagella
dura & dolorosa. Caro illa innocentissima & tener-
rima, & pulcherrima, & mundissima, flos omnis car-
nis, & totius humane nature, repletur liuoribus &
fracturis. Fluit undique sanguis Regius de omnibus
partibus corporis. Superadditur, reiteratur & spissatur
liuor super liuorem, & fractura super fracturam;
quousque tam tortoribus quam inspectoribus fatigatis,
solui iubetur. Tunc impletum est quod ait Isa. Vidi-
mus inquit eum, & non erat aspectus, & reputauimus
eum quasi leprosum, & humiliatum à Deo. O Domi-
ne Iesu, quis tam fuit audax & tam temerarius, qui te
spoliavit? Et qui illi audaciores, qui te ligauerunt? Sed
qui illi audacissimi, qui te tam durissimè flagellau-
erunt? Sed tu Soli iustitie, tuos radios subtraxisti, & ideo
facta sunt tenebrae, ac tenebrarum potestas. Omnes sunt
potentiores. Amor tuus & iniquitas nostra sic Te im-
becillum fecerunt! D. Bernardus intrinseco ictus*

D. Bernar. su-
per Cât. ser. 15

dolore, sic Christum flagellatum affatur. Quàm
dulciter Domine Iesu cum hominibus versatus es!
Quàm abundantè multa & magna bona hominibus
largitus es! Quàm fortiter tam indigna, tam aspera,
& dura pro hominibus passus es! Dura verba, durio-
ra verbera, durissima supplicia. O duri, & indurati,
& obdurati filij Adam, quos non emollit tanta flamma,
tanta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam
vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis tam
preciosas merces expendit. Hæc mellifluus Doctor.

Christus pro
vilibus sarcin-
ulis, precio-
sas merces sã-
guinis sui ex-
pendit.

Cognosce anima mea, cognosce inquit D. Anselm.

Hic est Dominus Iesus Christus, Saluator tuus, Uni-
genitus Dei Filius, verus Deus, verus homo. Speciosus
forma præ filiis hominum, quàm deformis præ filiis ho-
minum factus est: siquidem vulneratus est propter ini-
quitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

D. Anselm.

Hæc ille. Audiat homo, propter quem Deus
factus est homo, & propter quem tanta
patitur Deus homo. Audiat homo,
gratias agat homo, ne pereat ho-
mo. Exclamet homo, vt au-
diat omnis homo. Venite

& videte, & narrate
omnes qui timetis

Deum, quan-
ta fecit
anima mea.

Psal. m.

65.

SYA?

SVAVITAS ODORIS,

Liuores, plagasque tuas insculpe Magister
Sensibus & cordi, vulnera scribe: LEGAM.

II.

Doctrinæ, vitæ, liber hic est: scire licebit.
Omnia, cum passum Te Bone Christe sciam.

III.

Vulnera quot cernis, tot cernis corpore portas.
I, licet, ad Christum, semita tuta patet.

IV.

Pro seruo Dominus, flagris conscinditur insons.
Seruule pro Domino, sit tibi dulce pati.

V.

Dente fremunt hostes, tortor desæuit in Agnum.
Flagra rubent Sacro Sanguine. CHRISTVS AMAT.

ROSA III.

O Homo ecce homo.




Spina carens flos spina pungitur, per quam culpa spina cōfrigitur.

ex Breu. Ord. præd.

ROSA III.

OPUSCULO DE ROSAS



CORONATIO.

Milites ple Etentes Coronam de spinis, imposuerunt capiti eius.

Ioan. 19.

MEL DIVINI AMORIS.

Post funes, colaphos, post vincula, flagra: CORONAM
Sentibus ex rigidis dat furor. Optat AMOR.

Proh dolor: exhaustum video cum sanguine corpus;
Parcere fas capiti. Sed minus audit AMOR.

Spinea cur Regem Cælorum ferta coronant?
Aurea in excelsis vt tibi seruet AMOR.

Tunfio, spina, chlamys, risus, probra, ludus arundo,
Sputa Deum ah feriunt: Omnia vincis AMOR.

Fortis Amor, fortique Deo iam fortior esses,
Natura ipse sua, ni Deus esset AMOR.

*Exiuit Iesus portans spineam coronam, & purpureum
vestimentum . Ioan. cap. 19.*

S. Aug. tom. 9.
in Ioan. trac.
116. cap. 19.

SANCTUS Augustinus super hæc verba, sic me-
ditatur. Egreditur IESVS portans spineam
CORONAM & purpureum vestimentum, non el-
rus imperio, sed plenus opprobrio. Et dicitur eis: ECCLE
HOMO. Si Regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum
videtis. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrio
veste amictus est, amaris conuicijs illusus est, alapis
cesus est: feruet ignominia, frigescat inuidia. Sed non
frigescit, inardescit potius & increscit. Idem subiun-
git. Et Unigenitus Dei Filius est, & REX ab eo con-
stitutus est super Syon montem sanctum eius: &
utrumque nunc demonstraret, nisi quanto erat poten-
tior, tanto mallet esse patientior. Hæc ille. Attende ani-
ma mea ingemit S. Anselm. quis est iste qui ingredi-
tur habens imaginem quasi Regis, & nihilominus ser-
ui despectissimi confusione repletus. Coronatus incedit,
sed ipsa eius corona, cruciatus est illi, & mille punctu-
ris speciosum eius verticem diuulnerat. Regali purpu-
ra induitur, sed potius in ea despicitur, quam honora-
tur. Sceptrum in manu gestat, sed eo ipso caput eius re-
uerendum feritur. Adorant eorum ipso positus in terra
genibus, Regem conclamant, & continuo ad conspuen-
dum amabiles genas eius subsiliunt. Maxillas palmis
concutiunt, & honorabile collum exhonorant. Fletum
de.

S. Anselm.
in speculo
euang. ferm.
cap. 11.

deducite oculi mei, & liqueſce anima mea igne compaſſionis ſuper contritione amabilis viri illius, quem in tanta manſuetudine tantis vides afflictum doloribus.

Hæc ille. Sed iam dulcedinem inæſtimabilem ab eadem diuiniffima Corona abundè manantem guſtemus, per quam omnia amara dulcorantur. Eam guſtauit Beatus Damianus cum dixit. *Spinis pungentibus ſanctiſſimum Caput, precioſus ſanguis emanauit: cuius aſperſione Iudex tranſiit in Patrem, iratus in mitem, in miſericordiam virga, captiuitas in Coronam.* Similiter & D. Hieronym. hæc dulciter eructat. **CORONA** spinea capitis eius, nos regnum adepti ſumus, vulneribus eius ſanati ſumus, ſepultura eius reſurgemus, deſcenſione eius ad inferos, nos aſcendimus ad celos. Hæc ille. Sed quid Domino Regi meo, pro hac spinea corona retribuam? Reſpondens Tertullian. lib. de corona militis cap. 14. ſic alloquitur Chriſtianum. *Sic caput ei (ſcilicet Chriſto) tuum debes, tale ſi potes, ei tuū repende, quale ſuum pro tuo obtulit.*

Ludouicus Galliarum Rex (author eſt noſter Rupertus Holcot lect. 2.) legem ſtatuit, vt nullus in ſuo Regno auderet die Veneris, ex floribus coronam geſtare, in memoriam Spineæ Coronæ, quæ Chriſti caput terebrauit. O quàm lex præclara!

B. Damianus
ſerm. de An-
nunc.

D. Hieron. in
cap. 14. Matt.

Rupertus Hol-
cot.

SVAVITAS ODORIS.

I.

S Pina caput Christianiat: Pia membra dolete.
Verius ista dolent, quæ magis vnit AMOR.

II.

Cum Dominum cæli, spinæ, vepresqu è coronent;
Deliciæ mundi cedite. SPINA SAPIT.

III.

En natat in sacro Capitis Diadema cruore.
Mergere qui cupias huc malefacta, Veni.

IV.

Quæris vbi vulnus, cernatur vertice Christi?
O error: potiùs quærito desit vbi?

V.

Haftenùs ore vno IESVS poscebat Amorem,
Iam modò multiplici vulnere dicit: AMA.

ROSA.IV.

Vere langores nostros ipse tulit.
Isai. 53.



Et exiuit vincēs ut viceret.
Apor. 6.

ROSA

S

Non solum in horto, sed et in campo
venit, et in monte, et in valle



Et ex hinc in hunc

BAIVLATIO CRVCIS.

*Et baiulans sibi Crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluarie
locum. Ioan. 19.*

MEL DIVINI AMORIS.

Flere iuuat: lachrymæ Dominum comitentur euntem.
Heu meus ad mortem sub Cruce tendit AMOR.

Tunditur. ah procumbit humi Deus arbore pressus.
Quis molem hanc humeris alleuiabit? AMOR.

Mater adest, lassoque cupit succurrere NATO,
Condolet, accurrit, flet, gemit, vrget AMOR.

Semianimem cernit NATVM, Natusque parentem,
Tristia luminibus, lumina figit AMOR.

Scindit vtrosque dolor, quo nullus amarior vnquam.
Quæ tam funesti causa doloris? AMOR.

Et factus est principatus super humerum eius.

Esai. 9.

S. Aug. ser. 71.

Principatus
Christi, est
Cruce eius.

S. Leo Papa
serm. 8. de pas.
Domini.

D. Anselm.
in speculo E-
uang. Serm.
cap. 12.

S. Hieron. in c.
15. Marc.
Genes. 4.
Genes. 22.

Genes. 37.

Numeri 21.

Reg. 4. c. 6.

Sanctus Augustinus sic docet. Principatus Christi, est CRUX eius. Tunc Christus principatū super humerum habuit, quando Crucem suam admirabili humilitate portavit. Non incongruè Cruce Christi significat principatum: nam per ipsam & diabolus vincitur, & totus mundus ad Christi notitiam, vel gratiam reuocatur. Traditus Dominus inquit S. Leo Papa sciuentium voluntati, ad irrisionem dignitatis, supplicij sui iussus est esse gestator: ut impleretur quod Isaias Propheta praeuiderat dicens. Ecce natus est puer, & datus est nobis Filius, cuius imperium super humerum eius. D. Anselmus. Vide inquit anima mea, quomodo per omnia vir iste coarctatur, & spernitur. Sub crucis onere dorsum incuruare iubetur, et sui ipsius portare ignominiam. Hic educitur inquit S. Hierony. Abel in agrum à fratre, ut perimatur. Hic adest Isaac cum lignis, & Abraham cum ariete in Sabech id est vepribus herente. Hic adest Ioseph cum fasce gremij somniato, & tunica talari sanguine lita. Hic adest Moyses cū virga, & serpēte suspēso in ligno. Hic adest botrus in ligno portatus. Hic adest Heliseus cum ligno adquerendam securim, qua in ima demersa est, & natauit ad lignum: id est genus humanum, quod à ligno vetulo in infernum cecidit, per lignum Crucis Christi,

per baptismum aqua, ad paradysum natauit. Albar
ego ad locum, ubi fuerat crucifigendus, portans crucem
suam IESVS. Grande spectaculum inquit Sanctus
Augustinus. Sed si spectet impietas, grande ludibrium: S. August in
pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, gran-
de ignominie documentum: si pietas, grande fidei mu-
nimentum. Si spectet impietas, ridet Regem pro virga
Regni lignum sui portare supplicij: si pietas, videt Re-
gem baiulantem lignum ad semetipsum figendum,
quod fixurus fuerat etiam in frontibus Regum. In eo
spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura
corda Sanctorum. Dicturo enim Paulo: Misi absit glo- D. Paul.
riari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, ipsam ad Gal. 5.
crucem suam, suo gestans humera commendabat, & lu-
cerne arsure, quae sub modio ponenda non erat, cande-
labrum ferebat. Hæc D. August. Occurre igitur nunc
anima mea ait Ludolphus Carthusianus, & vide
amatorem tuum, & Dominum pro te Crucem bai- Ludolp. Car-
lantem, & ad patibulum properantem, ac tua crimina thusi cap 62.
suis pœnis expiantem. Compatere ei quantum potes, de pass. Dom.
in tot angustijs, & ludibriorum renouationibus
posito. Certè benefaceres, si iuuares Domi-
num Deum tuum, & diceres. Da-
te obsecro mihi crucem Do-
mini mei, &
ego portabo
eam.

SVAVITAS ODORIS:

I.

Semita Christe tuas ne sauciet aspera plantas,
Cor Tibi sterno meum, fac Tibi molle. Potes.

II.

In stabulo IESVM gaudij mare crede fuisse.
Sub cruce pœnarum cerne fuisse mare.

III.

Qui Cruce prospectas Christum, lorisque grauarum,
Vel trahere inuitum sub tua vota potes.

IV.

Tantæ molis erat nostram reparare salutem,
Ut cruce mortis onus, tolleret ipse Deus.

V.

Ad tua signa vocas; ser opem: sequor Optime Ductor.
Viuerè siuè iubes, annuo, siuè mori.

ROSA V.

Flos decidens gloriae exultationis ei?

Isai: 28.



Vulneratus est, attritus est propter scelera nostra.

Isai: 53.

ROSA



THE ROSE BUSH OF THE ROYAL SOCIETY

CRUCIFIXIO.

Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc: medium
autem IESVM. Ioan. 19.

MEL DIVINI AMORIS.

Sponsa dole, tuus heu susper sus in arbore sponsus.
Quanta fides sponsi cum Cruce; testis AMOR.

Traiectos clavis artus, palmasque, pedesque,
Terga, latus, cor hians vulnere, monstrat AMOR.

Frons laniata, caput demissum, pendula ceruix,
Omnia pro nobis mortua. Quantus AMOR?

Eia age sponsa, tuum figas in pectore sponsum,
Quem totum in duro stipite fixit AMOR.

Vitam pro vita, mortem pro morte repende;
Alternus meritò talia poscit AMOR.

enibus : *Foderunt manus meas , & pedes meos : dinumerauerunt omnia ossa mea . Psalm. 21 .*

S. Bernar. ser.
61. in Cantic.

Foramina habent manus Christi , vt effluant charismata gratiarum .

Hierem. 29.

Per vulnera , patent viscera Christi .

S. Augustin.
in medit. c. 1.

SANCTUS Bernardus super hunc S. Scripturæ locum , ait . *Foderunt manus eius , & pedes , latusque lancea forauerunt : & per has rimas licet mihi sugere mel de petra , oleumque de saxo durissimo , id est gustare , & videre quoniam suavis est Dominus . Cogitabat cogitationes pacis , & ego nesciebam . Quis enim cognouit sensum Domini ? aut quis Consiliarius eius fuit ? At clavis reserans , clauus penetrans factus est mihi , vt videam voluntatem Domini . Quid ni videam per foramina ? Clamat clauus , clamat vulnus , quòd verè Deus sit in Christo mundum reconcilians sibi . Patet arcanum cordis per foramina corporis : patet magnum illud pietatis Sacramentum : patent viscera misericordie Dei nostri , in quibus visitauit nos Oriens ex alto . Quid ni viscera per vulnera pateant ? In quo enim clarius , quam in vulneribus tuis eluxisset ; quod tu domine suavis & mitis , & multa misericordie ? Maiorem enim miserationem nemo habet , quàm vt animam suam ponat quis pro addictis morti , & damnatis . Idem Sanctus . O quàm vehementi amplexu amplexatus es me bone IESU in Cruce , ubi sanguis de corde , aqua de latere , anima de corpore exiit . S. Augustin. Iesum crucifixum sic alloquitur .*

Quid commisisti dulcissime puer , vt sic iudicareris ?

Quid

Quid commisisti amantiſſime iuuenis, ut adeo tracta-
 reris? Quod ſcelus tuum? qua noxa tua? qua cauſa mor-
 tis? que occaſio tua damnationis? Ego enim ſum tui pla-
 ga doloris, tua culpa occiſionis. Ego tuę paſſionis liuor,
 tui cruciatus labor. O mirabilis cenſura conditio, & ineffabilis
 myſterij diſpoſitio! Peccat iniquus, & pun-
 nitur iuſtus: offendit impius, & damnatur pius: quod
 perpetrat ſeruus, exoluit Dominus: quod committit ho-
 mo, ſuſtinet Deus. Quò Nate Dei, quò tua deſcen-
 dit humilitas? quò tua flagrauit charitas? quò proceſ-
 ſit pietas? Ego iniquè egi, tu pœna mulctaris: ego ſuper-
 biui, tu humiliaris: me ad illicitam concupiſcentiam ra-
 puit arbor, te perfectã charitas duxit ad Crucem: ego
 fruor delicijs, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinem, tu
 fellis guſtas amaritudinem: mihi ridēs congaudet Eua,
 tibi plorans compatitur Maria. Threnus Beatæ Ma-
 riæ Virginis. ex ferm. S. Ephrem Syri de paſſione
 Domini. Plangite mecum cunctę diſcipule Domini,
 que dolores meos, & profundiffima cordis mei vulne-
 ra aſpiciſtis. Tu mihi iam Crux ſanctiffima, lignumq;
 benedictum decumbe, ut dilectiffimi Filij mei, ac Dei
 mei plagas exoſculer, propriumque filium ſalutem: ut
 Filij mei corpus amplectar, & os ſuauiſſimum, ocu-
 loſque, ac faciem, manus, atque pedes deoſculer. decumbe
 Crux veneranda, decumbe

S. Ephrem Sy-
 rus ferm. de
 paſſ. Domini
 Threnus Ma-
 tris doloroſa.

SVAVITAS ODORIS.

I.

CRUX, clavi, virgæ, spinæ, fel, acetum, & arundo,
Lancea clamat, Amo. Non redamabis homo?

II.

Nulla salus mundo: fugio ad tua vulnera Christe;
Vulnere tutus ero, funere saluus ero.

III.

Saluator viuos fundit de pectore fontes,
Cum dat homo lachrymas, dulciter ambo bibunt.

IV.

En thalamus sponsi: Crucis ecce cubile cruentum:
In thalamo nullus qui lachrymetur erit?

V.

CRVX, spes, fidus, Amor, lapsos, carcos, & egentes,
Erigit, implet, alit robore, luce, bonis.

Ad tristissimam IESV Matrem.

Vt leuius doleas, guttam mihi panis doloris,
Sed quid amara mari, guttula demit aquæ?

EX TERTIA PARTE S̄ACTISSIMI ROSARI GLORIOSA

ROSA I.

Quasi flos Rosarum in diebus vernis.

Ecc. 50



Refloruit caro mea. Psal. 27.

R. E S V R R E C T I O.

Iesum queritis Nazarenum Crucifixum : surrexit non est hic !

Marci 16.

MEL DIVINI AMORIS.

T Artara victa gemunt: tellus, mare, sydera plaudunt,
Mortis vt æternæ vincula rupit AMOR.

Congaudet Nati, Cæli Regina triumphis,
Primaque dat Matri gaudia primus AMOR.

Magdala quid IESVM lachrymarum quæris in vndis?
Iam Tuus ad pacis littora venit AMOR.

Iam viuis regnat, rediuuium læta videbis.
En subito flenti se manifestat AMOR.

Solatur mæstam, mox solaturus amicos,
Sed quibus in puro corde resurgit AMOR.

id est non traxerit: immo sicut dicitur in scripturis: et uita per me

Ego sum resurrectio, & uita. Ioan. 11.

D. Maximus.
hom. 3. pro fe-
sto, Pasche.

Vbi glorifica-
tur: caro mea,
me gloriosum
esse cognosco.

In Christo, ca-
ro nostra nos
diligit.

S: August. ser.
5. de Tép. qui
est 178.
Christus Can-
didus, & Ro-
seus.

Diuus Maximus. In Salvatore nostro omnes re-
surreximus, omnes ad caelestia trāsmigravimus.
Est enim in illo Christi homine cuiuscumque nostram
carnis, & sanguinis portio. Vbi ergo portio mea regnat,
regnare me creda: Vbi dominatur sanguis meus, me sen-
tio dominari: Vbi glorificatur caro mea, me gloriosum
esse cognosco. Quamuis enim peccator, de hac tamen
communione gratie non diffidat: quia & si peccata nos
prohibent, substantia nos requirit: & si delicta propria
nos excludunt, natura communio non repellit. Nam
propter bonitatem Diuinitatis, peculiarem nobis Salua-
tor debet affectum, scilicet, quia sicut Deus noster in ipso
est, ita & sanguis noster in illo est. Misericordia itaque
turbetur mihi debet prestare. Diuinitas: necessitudinem exhi-
bere debet affinitas. Nihil ergo de uenia desperemus,
nihil de odio timeamus. Habemus prerogatiuam san-
guinis nostri. In Christo enim caro nostra nos diligit.
Resurrexit Christus inquit S. Augustinus, ut resur-
recturum se non dubitet Christianus. Hic est ille can-
didus & roseus compunctus, à multitudine: hic est ille,
qui non habuit speciem neque decorem: infirmus in la-
queo, fortis in spolio, uilis in corpufculo, armatus in
prelio, fedus in morte, pulcher in Resurrectione, Candi-
dus ex Virgine, rubicundus in cruce, fuscus in opprobrio,
cla.

DVL
S

clarus in celo . Resurrexit Rex Glorie , & Dominus
virtutum . Resurrexit , ut spem nobis daret ; quia sur-
git homo , qui moritur : ne moriendo desperaremus , &
vitam nostram in morte finitam putaremus , securos
nos fecit . Laudemus ergo Dominum cōcludit S. Au-
gustinus , laudemus Deum , festinemus ad domum
eternam . Beati qui habitant in domo tua Domine , in
secula seculorum laudabunt te . Lex dicit , Scriptura di-
cit , Veritas dicit : venturi sumus ad domum Dei , que
est in celis : ibi non quinquaginta diebus Deum lauda-
bimus , sed quemadmodum scriptum est : In secula secu-
lorum . Videbimus , amabimus , laudabimus . Nec quod
videbimus deficiet , nec quod amabimus peribit , nec
quod laudabimus tacebit . Sempiternum totum erit , sine
fine erit . Laudemus , laudemus , sed non solis vocibus ,
laudemus & moribus : laudet lingua , laudet vita , sed
habeat charitatem infinitam . Hæc S. Augustinus .

Prudentius de Resurrectione nostra .

Pellite corde metum mea membra , & credite vosmet
Cum Christo . reditura Deo . Nam vos gerit ille ,
Et secum reuocat morbos ridete minaces ,
Influctos casus contemnite , & atra sepulchra
Despuite : exurgens quò Christus prouocat , ite .

S. August. ser.
2. de tempore
qui est 151. c.
1.
Psal. 85.

Prudentius .

SVAVITAS ODORIS,

Intonat ore potens Genitor; Mea Gloria Fili
Surge. Resurgo Pater. Surgit, ouatque Deus.

II.
Mors Phlegetonque ruit: Deus ex utroque triumphat.
Bellatore Deo, nonne triumphus erit?

III.
Hostica monstra iacent, Christi Crucis icta trophæis.
Vis Christi miles vincere? sume Crucem.

IV.
Mors fuge, Vita redi, Deus vrget, Virgo precatur.
Vtræque ambobus, protinus obsequimur.

V.
Exiuit comedente cibus, mel ab ore Leonis,
Christus vt infernum vicit, & astra dedit.

ROSA II.

Flores mei honoris, et honestatis.

Ecd. 24.




Ascendit Deus in iubilo.

Prat. 45.

ROSA II

ROSA II



ASCENSIO
CHRISTI AD CAELOS.

Hic Iesus qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet.

Act. 1.

MEL DIVINI AMORIS.

Celsa triumphator dum Christus ad æthera tendit,
Angelicus laudum cantica pangit AMOR.

Lætus abit, dictoque Vale, benedicit Amicis.

Quàm benedicta cohors cui benedicit AMOR.

Astra petit Deus. Eia caput citò membra sequamur.

Talia Diuinus magnificabit AMOR.

Pandit iter tutum, Comites regit, ostia cæli

Omnibus æternus iam reserauit AMOR.

Currite nunc igitur cum Christo ad cælica fratres;

Dux vocat, inuitat, promouet, ornat AMOR.

Ascendit super omnes celos, ut impleret omnia.

D. Paul. Ad Ephes. 4.

S. Fulgentius.

Christus in
ascensione sua
benedixit A-
postolis.

Sanctus Fulgentius. Delectat aspicere Christum
Dominum portatorijs nubibus ascendentem, cum
resurgens à mortuis, reuerti cœpit ad cœlum, unde ve-
nerat saluare genus humanum. Qui sunt qui expectant
ascendentem? qui viderunt resurgentem, fugerunt pen-
dentem, & sequuntur oculis ascendentem. Timor in
cruce, amor in nube, visus delectabilis in aere. O dulcis
descendentis affectus. O delectabilis euolantis aspectus.
Facit vale, & benedicit in pace. Illi se commendant,
& ille benedictionis relinquit gratiam. Benedixit eos
extensis manibus, & preparatis in occursum imponitur
nubibus: finit eloquium, & iam repetit cœlum. Idem
Sanctus infra. Profectus est desiderabilis: non venit
vobis terribilis. Vulnere portauit: ipsa etiam reportabit.
Crucem retulit cum triumpho: signum Filij hominis
fulgebit in cœlo. Sic veniet in ipso corpore, in ipsa nu-
be, in ipsa veritate. Vobis in amore, impijs in tremore.

S. Leo serm. 1.
de Asc. Dñi.

Mat. 24.

Michea 2.

S. Greg. hom.
29. in Euang.

S. Leo Papa. Christi Ascensio, nostra est prouectio: &
quò processit gloria capitis, eò spes vocatur & corporis.
Hinc Doctor Angelicus. Per hoc, quòd Christus
naturam humanam assumptam in cœlo collocauit, de-
dit nobis spem illuc perueniendi: quia ubi fuerit cor-
pus, illuc congregabuntur & aquile. Ascendit, iter
pandens ante eos. Oportet, ait S. Gregorius, ut il-
luc

luc sequamur corde, ubi cum corpore ascendisse credi-
mus. Desideria terrena fugiamus: nihil iam nos dele-
tet in infimis, qui Patrem habemus in caelis. Et
infra. Ecce ad caelum ascendisse Dominum audiui-
mus. hoc ergo seruemus in meditatione, quod cre-
dimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corpo-
ris, sequamur tamen eum passibus amoris. Ibi sit
mens nostra, monet D. August. Et hic erit requies. D. Augu. ser. 2
de Ascens.
Ascendamus cum Christo interim corde: cum dies eius
proprius aduenerit, sequemur Et corpore. Sursum ergo
vocos animos inquit S. Leo Papa desideria terrena S. Leo serm. 2.
non deprimant: ad eterna prelectos peritura non occu-
pent. Viam veritatis ingressos, fallaces illecebrae non re-
tardent: Et ita a fidelibus haec temporalia decurrant.
ut peregrinari se in hac valle cognoscant: in
qua etiam si quaedam commoda blandiantur,
non amplectenda nequiter, sed transeun-
da sunt fortiter. O Bone IESU, qui
ascendis super omnes caelos, trahere
nos post te: curremus in
odorem unguen-
torum tua-
rum.

SVAVITAS ODORIS.

+ **L**onga via est cœlor: longis hūc passibus itur:
At modò cum Christo, fit breuis. **Esto Comes.**

Christe triumphator nubem super astra petendo
Exaltatus abis? Me trahere. Præda sequar.

+ **Sol nouus ac ignis Christus conscendit Olympum.**
Poni non poterat commodiore loco.

Thesaurus terra amotus transfertur in altum.
Linquite mente solum, quærite mente polum.

+ **Clausa patent Christo superæ Capitolia Romæ.**
Quisquis es, huc propera: nec mora, Ciuis eris.

ROSA III.

Flores apparuerūt in terra nra

Cant. 2.



Spiritus Domini repleuit orbem terrarū. Sap. 1.

SPIRITVS SANCTI MISSIO.

Factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis Spiritus ue-
hementis: et repleuit totam domum, ubi erant
sedentes. Act. 2.

MEL DIVINI AMORIS.

Cum sonitu Deus, ecce Deus descendit ab alto. +
Et Patris & Nati Lux, vigor, ignis, AMOR.

Inouat, accendit, firmat, docet, erigit omnes.

Quos simul orantes inuenit altus AMOR.

Ore tonant piscatores, miracula patrant,

Lingua Crucem Christi praedicat: armat AMOR!

Spiritus alme veni, renoua omnia corde creato.

Cor recreabis Amor, quando creabis AMOR!

O mea vita veni, Spes, Gloria. Mortis in hora

Quis meus est tutor? Sum tuus hospes AMOR!

DVLCEO SAVORIS.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Act. 2.

S. August. ser.
187. de temp.

DIuus Augustinus sic ait. Quanta & quam ineffabilis pietas Redemptoris! Hominem portauit ad cælum, & Deum misit ad terras. Quanta est authori cura pro instauratione facturæ suæ! Ecce iterum noua de supernis medicina mittitur: ecce iterum infirmos suos per seipsam maiestas visitare dignatur. Ecce iterum humanis diuina miscentur, id est Vicarius Redemptoris: ut beneficia quæ Saluator Dominus inchoauit, peculiari Spiritus Sancti virtute consummet: & quod ille redemit, iste sanctificet: quod ille acquisiuit, iste custodiat. Et Sanctus Chryllostomus de Pentecoste, aureo sic insonat ore. Spiritus sanctus nostre imaginis est reformatio, mentis perfectio, spiritalis mentalium oculorum nostrorum Sol, Lucifer in pectoris cælo. Spiritus sanctus est copula unionis nostre cum Christo, mentis requies, sapientiæ communicatio, prudentiæ inuentio, præscientiæ illustratio. Ostendit animæ intrinsecus quasi in speculo cum infallibili gaudio futurum æternum gaudium, adhortaturque eam, & dicit. Veni ad Patrem, veni ad supernam Patriam, veni ad incorruptibilem sponsi thalamum. S. Gregorius, cælestis huius Magistri miram in permo- uendis hominum voluntatibus operationem admiratus, exclamat. O qualis est artifex iste Spiritus? Nulla ad descendendum mora agitur in omne quod

Spiritus sãct⁹
Christi beneficia inchoata, virtute sua consummat, sanctificando, & custodiendo.

S. Chryllost. ho.
mil. 2. de pen-
tecost.

S. Greg. hom.
30. in Euang.

Soluerit. Mox enim ut tetigerit mentem, docet: solūq;
tetigisse, docuisse est. Nam humanum subito ut illu-
strat, immutat effectum: abnegat hoc repente quod erat,
exhibet repēte quod nō erat. Ecce gaudet Petrus in ver-
beribus, qui ante in verbis timebat. Preclare S. Chryf.
Copiosa inquit gratia Spiritus S. uniuersū orbē opera-
ta est cælum, non immutans naturam, sed voluntatem
emendans. Inuenit namque Publicanum, & Euange-
listam effecit: inuenit persecutorē, & Apostolum reddi-
dit: inuenit latronem, & in paradisum induxit: inuenit
meretricem, & virginibus coequauit: inuenit Magos,
& Euangelistas ostendit: fugauit malitiam, & indu-
xit benignitatem: exterminauit seruitutem, & induxit
libertatem. Ideo cælum factum est terra, & hoc sepius
dicens non cessabo. S. August. inuocans toto mentis
affectu Spiritum sanctum, sic orat. Iam Diuini
amor numinis, Patris Omnipotentis, Prolisque Beatiss-
simę sancta communicatio, Omnipotens Paraclete Spi-
ritus, mœrentium Consolator Clementissime; iam cordis
mei penetralibus potenti illabere virtute: pota me tor-
rente voluptatis tuę, doce me facere voluntatem tuam,
quia Deus meus es tu. Credo quia quemcumque inha-
bitaueris, Patris ac Filij pariter domicilium condis.
Beatus qui te merebitur hospitari.

Spiritus S. Ma-
gister cœlestis
nobis missus.

S. Chrysof. ser.
ser. 1. de pent.
in fine tom. 3.

Gratia Spi-
ritus S. in pecca-
tores.

S. August. lib.
meditat. c. 9.

ASSUMPTIO B. V. MARIAE.

Vidi speciosam sicut columbam ascendentem.

Eccles. Sancta,

MEL DIVINI AMORIS.

Quid video? Dominam mundi ad fulgentia Cœli
Templa coruscantem corpore ducit AMOR.

Syderei gaudent proceres, sonat aurea Matrem
Regia: Quis tanti finis honoris? AMOR.

O felix Virgo, cuius cum corpore mentem
Immenus Triadis glorificavit AMOR.

Salve Diua parens, hominum Spes, Robur, Asilum,
Ara, salus, portus, lux, paradilus AMOR.

Aspice stella maris. Mater ne desere natos,
Viuit & in Cœlo Matris amantis AMOR.

Assumpta est Maria in caelum. Eccles. S. Romana.

D. Ioa. Damasc.

BEatus Ioannes Damasc. Oratione de dormitione Virginis; Resurrectionem & in caelos gloriosam Deiparae Matris Assumptionem, talibus illustrat verbis. *Quomodo Verbi Dei corpus, quod ex ea (id est Virgine Maria) constitit, Sanctum & integrum, & interitui minimè obnoxium, tertia die resurrexit ex monumento, ita etiam eam eripi ex sepulchro decebat, & Matrem transferri ad Filium. Et quomodo ipse ad eam descendit, ita etiam eam illi dilectissimam, ad ipsum extolli in maius & perfectius decebat tabernaculum, nempe in ipsam caelum.*

Maria Virgo, vt Mater transfertur ad suū filium, & extollitur in perfectius tabernaculum, in Regia domo filij sui. Luca 2.

Oportebat eam, quae Dei verbum in suo utero hospitio exceperat, collocari in diuinis sui Filij tabernaculis. Et quomodo dicit Dominus debere se esse in ijs quae sunt sui Patris: ita etiam Matrem oportebat habitare in Regia Filij, in domo Domini, & in atrijs domus Dei nostri. Oportebat sponsam quam Pater despondit, degere in thalamis caelestibus. Oportebat eam, quae suum Filium in cruce aspexerat, & doloris quem in partu effugerat, gladium in corde acceperat, videre sedentem cum Patre. Hæc ille. Quam pulchrum D. Gregor. Naz.

D. Greg. Naz.

in laudem Assumptæ Virginis occinit carmen.

O ter beata Mater, & lux Virginum,

Quæ templæ cæli lucidissima incolis,

Mortalitatis liberata sordibus,

Ornata iam immortalitatis es stola. Hæc D. Greg.

Cor-

Corpus Virginis immortalitate donatum, vocat
immortalitatis stolam. Assumpta est igitur, non
cōsumpta Virgo Maria. Hinc D. Germanus ser.
dormit. Virg. in hæc prorupit verba. *Pereat in poste
rùm mors, pereat tumulus, pereat pulvis. Quòd ad Te at
tinet ò Beata Dei Genitrix, Te Angeli cum Archan
gelis (ita gloriosissimam D. Damascenus alloqui
quitur Virginem) transuexerunt: Tuum ascensum
impuri, atque in aere versantes Spiritus perhorruerūt:
Tuo. transitu aer benedicitur, superior aer sanctitate
afficitur. Cælum animam Tuam excipit: Tibi cum
sanctis hymnis, ac leta solemnitate, cælestes virtutes
obuiam prodeunt. Et subiungit. Non enim ut Elias
in cælum ascendisti; non ut Paulus ad tertium usque
cælum subuecta es: verum usq; ad Regium Filij tui
thronum peruenisti, perspicuè eum ac letè conspiciens,
& cum magna atque inenarrabili quadam liber
tate adstans; Angelis, atque omnibus mundo subli
mioribus Virtutibus, arcana quædam, atque omni di
eendæ facultate superior, letitia: Patriarchis sempiterna
oblectatio: perennis prophetis exultatio: munda benedi
ctio, laborantibus requies, mæstis consolatio, egrotanti
bus: medicina, tempestate iactatis portus, peccantibus
cœntia, ijs qui in mærore versantur, blandum solatiū,
omnibus poscentibus, promptum subsidium exiitisti.*
Hæc D. Damasc.

D. Germanus.

S. Damasc. in
prima orat. de
dormitione

B. Mariæ.

SVAVITAS ODORIS.

Astra pete Virgo, melius mea fata videbit
Ex alto: totam si specu lectur humum.

Ut cum Pennigeris Dominæ committar eunti;
Penna mihi sit Amor; sit mihi penna Timor.

Christiparæ Matris, quid corpus quaeris in vrbæ?
Reginam cœli Regia celsa tenet.


Aspera quæ fuerat, sit lactea semita Cœli,
Quando præit natis Mater in astra suis.


Aurea iam venit sine mortis legibus ætas,
Corpore dum Cœlos Mater amicta petit.



12, 446

9047
3





9047

3

